ex sordibus, quae meo quidam terrestris ex videntur
nascerentur, nequaquam tamen eam minori laude dignam
arbitreris. Quot n. amoena rosa, quot speciosi
flores, iucundissimaeque arbores ex simillima
generantur? Et cum iuxta plerosque Recentiores,
crines veram plantarum essentiam participent, ne
mireris si etiam ipsi propriis plantarum alimento
nutriantur. Aut fronte quis impudens est, ut
rufam barbam appellet sordes et dicat! quod tamen non
modo veritati sed et ipsi rationi repugnat:
verum concedatur hoc daemonum mendacium veri
tati, sit sordes, sit excrementum rufa barba,
ita tamen divina coloris sui elegantia commendatur,
ut ardua facile primas inter barbas obtineat.
Nam quid aliud terram illam Lemniam adeo raram
adeo nobilem ac pretiosam efficit ut nunquam nisi
signata ac sine ingenti pretio venderetur, nisi
ipse mirabilis color? At Nunquam concessit:
novo rubrae barbae contumelia, et hactenus
inaudita. Non concessit rubra barba? qua au-
dacia, qua fronte, qua temeritate haec effutiun-
tur? An barba non multis abhinc annis penitus
rubra, iam vero undequaque candida indigitetur.